Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift

manum suam et tetigit os meum et prophetam in
gentibus dedit me dominus. A. Ecce dedi verba
mea in ore tuo ecce constitui te super gentes et
regna. A. Dominus ab utero vocavit me de ven
tre matris mee recordatus est nominis mei.
V. Priusquam te formarem in utero. Novi te et antequam ex
ires de vulva sanctificavi te.

Sermo s. Maximi episcopi.

SOLLEMP
NITATES nobis DIVERSORUM
martyrum fratres karissimi
vite presentis occasus et suscepta ab eis
pro Christi nomine passio consecravit. Mul
timoda namque veterum relatione di
dicimus. non nullos martyrum prostratos gla
dio. igni alios concrematos. complures
bestiarum dilaceratos dentibus. innume
ros etiam variis tormentorum cruciatibus affec
tos. spreta sui corporis morte. christiane fidei
testimonium reddidisse. beatus vero bap
tista Iohannes. cuius nunc festivitate le
tamur. celestia mundo gaudia sterili
ab utero hodie natus invexit. T. R.
FUIT HOMO
MISSUS a deo cui nomen Io
hannes erat hic venit ut
testimonium perhiberet de
lumine et parare domino plebem
perfectam. V. Erat Iohannes in de
serto predicans baptismum peni
tentie. Et parare. Martyres quidem
indubitata iam gloria regnantem confessi
sunt dei filium. Iohannes autem et nasci
turum dominum prophetalis spiritus illuminati
one providit. et natum privilegio gratie singu
laris ostendit. Infantium autem specia
lis in eo prefulsit electio. ut antequam mere
retur annunciare dominum. quam nascen
di initium. vel linguam que nuncia
re posset acciperet. R. Elysabeth Zacha
rie magnum virum genuit Iohannem
baptistam precursorem domini qui viam
domino preparavit in heremo. V. Fuit homo
missus a deo cui nomen Iohannes erat. Qui viam.
Elysabeth illa vetus mulier et no
va mater que ante partum suum de futu
ri filii letabatur officio. venienti ad se
beate MARIE in ipso salutationis occur
su ait. Ecce ex quo facta est vox saluta
tionis tue in auribus meis. exultavit
in gaudio infans in utero meo. R. Pri
usquam te formarem in utero novi te et an
tequam exires de ventre sanctificavi te et
prophetam in gentibus dedi te. V. Vir dilectus a
deo et ab hominibus honorificatus est. Et prophetam.
Quid est hoc miraculum fratres. Que tantorum
novitas gaudiorum. ut habere se in ute
ro Elysabeth testaretur infantem. qui
necdum semetipsum sentiens. dominum
sentiret adventum. Vere Iohannes
omnium beatissimus parvulorum. qui in
tra viscera adhuc conclusus materna
adesse salvatorem mundi. quia nec
dum sermone poterat. prophetico gau
dio revelabat. R. Ipse precedet ante illum
in spiritu et virtute helye ut convertat